Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



vigilaret utique et non sineret perfodi domum suam. Ideo et vos
estote parati quia nescitis qua hora filius hominis venturus
est. Quis putas est fidelis servus et prudens. quem con
stituit dominus suus super familiam suam ut det il
lis cibum in tempore. Beatus ille servus. quem cum
venerit dominus invenerit sic facientem. Amen
dico vobis quod super omnia bona sua constituet eum.
Alleluia. D. d. i. d. s. Sint lumbi. Sdm lucam
sint precincti et lucerne ardentes in manibus vestris. Et vos
similes hominibus exspectantibus dominum suum quando revertatur a
nuptiis. ut cum venerit et pulsaverit confestim aperiant ei.
Beati servi illi. quos cum venerit dominus invenerit vigilantes.
Amen dico vobis. quod precinget se et faciet illos discum
bere. et transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda
vigilia. et si in tertia vigilia venerit. et ita invenerit beati sint servi
illi. Hoc autem scitote. quod si sciret pater familias qua hora
fur veniret vigilaret utique. et non sineret perfodi domum suam.
Et vos estote parati. quia qua hora non putatis filius ho
minis venietis. Ait autem ei petrus. Dic. ad nos domine hanc
parabolam an et ad omnes. Dixit autem dominus. Quis putas
est fidelis dispensator et prudens quem constituit dominus
super familiam suam. ut det illis in tempore tritici men
suram. Beatus ille servus. quem cum venerit dominus
invenerit ita facientem. Vere dico vobis. quia super omnia
que possidet constituet eum. De uno ofore non pont.
Alleluia. D. i. d. s. Nemo lucernam accendit. S. luca
et in abscondito ponit. neque sub modio. sed super can
delabrum. ut qui ingrediuntur lumen videant. Lucerna
corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex